Fragmentarium

Job lapides excauant aque et alluuione terra paulatim
consumitur. per lapides hoc loco corda fortia et per terram cor
da in bono opere fecunda accipiuntur. aque ergo lapides ex
cauant quando carnalis amoris fluide delectationes robur
cordis annichilant. et alluuio terram consumit quando idem
amor omnem fecunditatem boni operis latitur ab su
mit. De iiii. Cum abiero mittam eum ad vos. scilicet paraclitum
id est consolatorem. ecce consolatur quadrupliciter. primo tribulatione
immittendo. Job hec mihi sit consolatio ut affligens me non
parcat. Item tribulatos protegendo. Ysaias. cum transieris per
ignem. Item in tribulatione refrigerando dando. Daniel. angelus an
gelus domini descendit in fornacem. Item utilitatem tribulationis ostendendo.
ostendendo. apostolus. fidelis deus. Secundo ille arguet mundum de pec
cato. quod audacter perpetrauerunt. Job cucurrit aduersus deum
Item quod scienter scelauerunt. Osee abscondit peccatum suum.
Item quod sequuntur excusant. similes ade qui dixit. Mulier quam
dedisti mihi. De iusticia. quando scienter peruertunt. Osee. non est
ueritas. non est misericordia. non est scientia dei in terra. Item. quando fi(?)que
et vendunt. Ysaias. omnes diligunt munera. quando deo reddere
nolunt. cum sit iusticia ius suum cuique tribuens. psalmus. Cum
accepero tempus ego iusticias iudicabo. De iudicio quod
temere vsurpant. apostolus. tu quis es qui iudicas proximum. Item cum
se sibi iudice contempnunt. apostolus. Si nos metipsos diiudicaremus.
Item quod nolunt. prouerbia. Sapiens timens iudicium dei
et declinat a malo. carnalem ergo amorem a nobis tollat
et spiritualem tribuat qui viuit et regnat.

no
no.
De iusticia
iudicio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 22, 2v – Sermones anonymi
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-anpd/158/2592)